



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-66590-p0001-1

DFG

121 11.30
Procancellarius
GEORGIUS TOBIAS
SCHVVENDEN.
DÖRFFERUS
JURISCONSULTUS, DE-
CRETALIUM PROFESSOR,
ET FACULTATIS JURIDICÆ OR-
DINARIUS,

1673.
LECTURIS
Salutem & Officia!




De Privilegiis Doctorum Iuris Lippensium

30

4,29

Georgijevit
GEORGIJEVIT
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR
DOKTOR





Gratia Tua Suscipiat Nos DOMINE!

EI Trinunius gratiâ fa-
ctum est, ut superiori anno 1672.
opus Promotionum ad dignitates
Juridicas auspicari ac producere
potuerimus, & quidem sub optatâ
Pacis arbitrio: qvod certè benefi-
cium meretur, ut gratias libemus

*Pacis principi a. geniumq; Beneficentiae ejus humiliter
veneremur. Sic enim spes est, fore ut benè Cœpta felici-
ter quoq; possint Perfici.* Utut enim, ex mente Caji, β.
cujusque rei Potissima pars est Principium, tamen id de-
mum Perfectum est, qvod Omnibus suis partibus con-
stat. DEI ergò omnipotentis favore freti, circumstre-
pentes bellorum minas adeò non timebimus, ut dese-
ramus Coronidem promotionis doctoralis. Hanc co-
ronidem ac coronam exoptant *Quinq; viri litteris mo-
ribusq; præstantissimi*, qvos antehâc *Licentiatos juris*
tam canonici quam civilis publicè renunciamus.

Jungetur itaq; *Petro Paulus*, hoc est, ea qvæ solenni-

A 2

ter

a. Esaiæ 9. v. 6.

β. L. I. ff. de Origine juris.

ter cœpta sunt in auditorio Petrino, pari solennitate in templo Paulino absolvantur. Ita enim more Majorum receptum est, ut in Templo & quidem Academico distribuatur dignitas Doctoralis. Fortè ut etiam tunc candidati admoneantur religionis in Deum & quando ipsis honorum Academicorum apex d. confertur. Tempus promotionis hujus complemento destinatum, incidet in diem XXI. Octobris, qui est hujus septimanæ feria Tertia, à Marte communiter dicta. Alias quidem tales actus non Martis sed potius Jovis diei cesserunt; verum

Tempora mutantur, & Nos mutamur in illis.

Prudentiæq; vicina dispositio est, καιεω λαλεύειν. Proinde cum ipse SERENISSIMUS ELECTOR ac DOMINUS noster Clementissimus, PATER PATRIÆ, Temporum præsentium sit memor, & ob bella in imperio Romano-Germanico suborta Extraordinarias preces, gemitūs & jejunia indixerit, qvæ utiq; in hujus hebdomadis diem Veneris incident: quidni etiam Juridica Facultas ejusdem temporis sit memor? Ut igitur dies Veneris confirmatori peragatur devotione, etiam dies Jovis (ad Seriae pietatis piationisq; ve Progymnasmata) à Lætioribus illibatus servandus erit, eoq; ve ipso ad promotionis Actum atq; ve Prandum præcedens dies Martis

γ. qvā Religiosus fuerit Templorum aditus, innuit Joh. Laurentii polymathia lib. 2. diss. 14. p. 117. a. δ. ita Doctoralem dignitatem vocat Franc. Duranus lib. 5. de benef. Ecclesiast. c. 12. ε. recitatur hic versus à Chr. Beboldo in Synopsi Politicâ Lib. 1. part. 2. c. II. §. 14. p. 148. ζ. uti Sentit & Loquitur Phocylides apud Erasmus in adagiis p. 637.b.

tis selectus est. Nemo tamen tam scrupulosus erit Aristarchus, ut inde aliquid Absurdi emersum putet. Nam & *Physicorum Scholæ Tempus Locumq; ad affectiones Extrinsecas* ^{n.} tantum referunt, persarsi insimul Tempus quā tempus nulli esse contrarium, ^{o.} nullam inferre efficaciam. ^{l.} Ipsi autem *Jurisconsulti παρεγματόμενοι* dicunt: Tempus non curatur, dummodo effectum habeamus. ^{u.} Uti ergo aliás Privilegia non ex Tempore, sed ex Causa æstimantur: ^{λ.} ita quoque Doctorales honores ob justas Causas impetrati, neutiquam plus æstimii ex die Jovis trahent. *Numerum doctorandorum* qvod concernit, sunt æqvè ac ante ^{μ.} Qvinquennium *Qving*: an autem in hac Pentade aliquius Ominis mysterium latitet, nobis non licet inquire. Qvanquam aliás libentes fatemur, Qvinarii numeri mentionem non solùm in sacris Bibliis, sed etiam in jure Romanorum deprehendi. Apud Romanos enim veteres testamentum, qvod dicebatur per AEs & Libram, præsentibus *Qving* testibus condebatur: ^{v.} idemque *Qvinarius* numerus etiam in codicillis ac cæteris ultimarum voluntatum elogiis retentus fuit, ^{ξ.} nisi qvod in Solenni testamento ad Septenariū usq; ^{ο.} auctus fue-

A 3 rit.

^{n.} Joh. Sperlingii *Physica* lib. 2. c. 1. præc. 6. p. 262. ^{o.} VVilh. Stratemannii *Physica* Lib. 2. c. 5. can. ii. p. 274. ^{u.} Greg. Stannarii *regulæ sub Physicis* p. 354. can. 2. ^{λ.} Th. à Thomasettis *flores legum reg.* 310. p. 315. ^{λ.L.32.} ff. de rebus auctorit. judic. possid. ^{μ.} A. C. 1668. d. 22. Octobr. ^{ν.} §. sed ut nihil I. J. de Testam. ordinand. ^{ξ.} L. cum 28. §. 1.C. de Testam. & L.ult. 8.§.fin.C.de Codicillis. ^{ο.} testis est L.12.L.21. l.fin.C. de Testamentis.Rationes illius 'Επ' ἀδθα indicate Osvv. Hilliger in Donello enucleato lib. 6. c. 7. litt. F. Reinh. Bachov. ad Treutler. vol. 2. Disp. 10. th. 5. A. Erasm. Ungepaar ex. 8. qv. 2.

rit. Sic ad Manumissionem inter amicos $\pi.$ aut per epistolam. $\epsilon.$ *Quinq;* debent adhiberi testes: *Quinq;* testes requiruntur ad Ætatis femineæ probationem: $\sigma.$ Totidem ad Generis quandoq; faciendam fidem: $\tau.$ Totidem quoq; ad demonstrandam Solutionem debiti factam. $\nu.$ Et, ne quid dicam de jure *Quinq;* Liberorum, $\Phi.$ de *Quinq;* ordinibus dignitatum $\chi.$ de qve majoritate ac prærogativa clericorum *Quinq;* modis $\psi.$ constituenda: illud tantum moneo, qvod jus Canonicum sanxit, scilicet ut homines sacrorum ordinum in studiis Generibus $\omega.$ *Quinqvennium* $\alpha.$ traduxerint. Qvo ipso Pontifices (qui in plerisq; jurium suorum rhapsodiis Imperatorum extiterunt $\beta.$ æmuli) Imperatoris Justiniani vestigia secuti $\gamma.$ sunt. Nam & Justinianus I. *Quinqvennium* $\delta.$ studio Juridico destinavit. Qvâ tamen destinatione non ad Necessitatem sed ad Possibilitatem respexisse videtur: Nam etsi, pro illius temporis ratione, *studium juris* *Quinqvennali* solertiâ perfici potuerit; tamen idem Lustrum prensaturis *præmia Doctoralia* præcisè injungi non Debuit. Utpote cum homines non minus animo quam

$\pi.$ Arn. Vinnius comm. ad §. 1. I. de libertin. $\epsilon.$ I. un. §. 1. C. de latinâ libertate tollendâ. $\sigma.$ I. 2. §. 1. C. de his qui veniam Ætatis impetrav. $\tau.$ I. 15. §. 1. C. de testibus. $\nu.$ I. 18. C. de testibus. $\phi.$ I. 4. pr. & I. 3. §. 6. ff. de munerib. & honorib. $\chi.$ I. 2. C. ut Dignitatum ordo servetur. $\psi.$ Gr. Vallensis partitla juris Canon. lib. I. tit. 33. §. 2. p. 98. $\omega.$ per qvæ intelliguntur partes Philosophiæ, v.c. Grammatica, Poësia, Dialectica. c. 8. de hæret. & schismat. in VII. $\alpha.$ d. c. 8. de hæreticis in VII. $\beta.$ Joach. Hagemeier de auctoritate juris Civil. & Canon. c. 1. p. 13. 14. Dan. Keyser hist. juris parte 3. p. 27. & 28. ubi de Gregorio IX, & Glosa juris civilis. $\gamma.$ Secuti, inquam: nam juris Civilis collectio ferè Sex seculis prior est compilatione juris Canonici, teste Chronologiâ. $\delta.$ in constitut. de Methodo juris docendi §. 5. fin. addatur Gothfredi nota ad §. 1. ibidem.

qvàm Corpore differant^s. comprimis autem in Präco-
cibus ingeniis attendendum sit, non qvàm Diu, sed
qvàm Laudabiliter vixerint ac studuerint. [¶] Deniqve,
qvmadmodum Plato non nisi *Quinq*, amicos ad nu-
ptiale convivium vocariⁿ. voluit: ita antehac à Nostra
Facultate ultra *Quinq* Doctores uno actu non crea-
bantur. Sed cesset nunc ulterior circa Numerum dis-
quisitio: *Numeri* enim [uti de *Quantitate* dicunt
Philosophi] non sunt de genere activorum, [¶] nullaqve
eorum per se est efficacia. [¶] Quin potius aliud memo-
ratu dignius pensitabimus: nimirum in Quinario isto
Doctorandorum numerò conspiciuntur duo candidati,
qvorum uterqve est *filius Assessoris*, uterq; est *proles Se-
nioris* in Facultate Nostrâ: alter eorum est Ordinarii
nepos & *Ducit agmen*, alter verò ordinem *Claudit*. Su-
periore, ut & anteriore seculô, Doctorum hic promo-
torum Filii vel Nepotes ad eandem dignitatem ascen-
debant rarius; Sed hoc seculô, divinâ favente gratiâ,
freqventius: in tantum, ut in talibus promotionibus ta-
lium filii plerumq;, qvasi ex compacto, extiterint Cor-
rivaless. Sic anno 1609. Unus quidem renunciatus fu-
it Doctor; sed Ann. C. 1619. Duo: Ann. C. 1623. item
Duo: similiter Ann. C. 1627. Mihimet competito-
res tales fuerunt Duo nativitate fratres & Ordinarii fi-

līi.

[¶]. Leo Imperator Novellâ 28. post pr. [¶]. can. 71. fin. ca. 12. qv. 2. allegatus H. Her-
meti in fasciculo juris publici c. 33. §. 153. p. 662. [¶]. veteres qvoqve in nu-
ptiis *Quinq*; tantùm faces accenderunt. Petr. Lindenberg in Numeris sacris
& profanis c. 5. §. 28. p. 640. [¶]. Variorum axiomata philosoph. ax. 5. p. 590.
[¶]. J. Scharffii Metaphysica l. 3. c. 2. ax. 4. p. 185.



lili. Ann. C. 1635. Unus saltim promovebatur; ast A. C. 1641.
iterum Duo. Præterea A. C. 1645. Unus; sed qvem A.
C. 1656, iterum exceperunt Duo, ambo insimul Ordina-
riorum filii. Anni deniqve 1663, promotio notabilis ap-
primè fuit: nam tunc inter Sex doctores proclamatos
Majorem numerum implebant Quatuor Assessorum fi-
lli. Qvæ omnia de *Assessorum nostrorum filiis* non aliâ
recolimus mente, qvàm qvâ insimul vovemus, ut etiam
Aliorum liberi decentibus honoribus allecti, experiri
discant

— *quid Virtus & quid Sapientia posset.* ^{x.}
Certè, cū Civilis sapientia sit res Sanctissima, ^{λ.} Laudis fe-
rax, ^{μ.} ac Justitiæ divitiis abundans, ^{ν.} ad instar formosæ
Veneris, facile amatores sibi conciliare valet. Inter eos
Doctorandi quoq; nostri eandē tempestivè ambiverunt
sancte qvæ coluerunt: Persuasi insuper, nihil exoptatus
sibi accidere posse, qvàm si hanc Divam [Themidem
intelligo] solenni quoq; fœdere sibi copularent, & qvi-
dē non in aliâ qvàm in hâc *Philyreâ academiâ*. Cujus qvi-
dem consilii prægnantes videntur habuisse causas. Qvis
enim Nostrum est, qvi ignoret, *hanc LIPSIENSEM*
primas inter Statuum Evangelicorum academias tene-
re, ^{ο.} sive antiquitatem species sive auctoritatem? Nam
jamdum A. C. 1409. sub Ruperto Imperatore auspiciis
Friderici I. cognomine Bellicosí Ducis & Electoris Saxo-
niæ,

^{x.} Horat. lib. 1. ep. 2. v. 17. ^{λ.} l. 1. §. proinde 5. ff. de extraordin. cognition.
^{μ.} arg. l. 6. §. 5. C. de postulando. ^{ν.} arg. l. 1. §. 1. ff. de J. & J. Novell. 69. pr.
o. B. Carpzov. lib. 2. jurispr. Consistorial. tit. 25. def. 396. n. 9. & n. 17. 18. ubi di-
ctum *Primum rescriptis Electoralibus stabilit.*



niæ, Marchionis Misniæ, natales sumpsit: ita verò conditam more tunc receptô, per bullam *Alexander V. Pontifex* variis privilegiis corroboravit, corroboratam autem *Johannes XXIII. Pontifex* variis π. Canonicatus locupletavit: Donec eandem qvoq; Imperatores Augustissimi ex plenitudine summæ potestatis clementissimè confirmarunt, pluribusq; ve splendidis juribus exornarunt, uti testantur historici. ε. Neminem etiam latet, qvam opimâ *Jurisdictione* dotata sit Lipsiensis academia, ut potè cum non solùm Civilium sed & Criminalium causarum habeat arbitrium, & tam Mero qvam Mixto polleat imperiô. Ejusdem Lipsiensis academiæ singularem, laudeq; ve ac utilitate admirabilem fundationem dixeris, si perspexeris vel omnium Membrorum in quatuor *Nationes* distributionem, vel Capitis aristocratici i. e. *Rectoris post tria scrutinia electionem*, vel quatuor *Facultatum* circumspectas dispositiones, vel variorum *Collegiorum* structuras & societates, vel deniq; ve *Consiliorum plurimorum* ordinationes. Consiliorum enim Alibitot vix reperientur, qvot qvidem in **Almâ nostrâ**, ubi utiq; ve non solùm est consilium *Professorum & Decanorum*, verùm etiam *Nationale*, *Decemvirorum & Assessorum*. Qvæ tamen latius impræsentiarum deducere, instituti ratio non permittit: Suffit

B

cit

π. Eorum Sex numerat Matth. Dreslerus in tractatu de præcipuis urbibus Germaniæ p. 310. sc. Duos Canonicatus Misnenses, Duos Martisburgenses, Unum ex Numburgensi, Aliumq; ex Cicensi Episcopatu. ε. interq; eos Zchar. Schneider/ in Chronico Lipsiensi lib. 6. von der lobblichen Universität p. 274. & p. 282.



cit enim quædam indicasse, ex quibus patescat quæm amabilis ac conducibilis sit **Licéi Lipsiensis** familiaritas: quod ipsum etiam Juris cultores allicere debebat, ut Hic potius quæm Alibi ad labores ac præmia Doctoralia anhelarent. Hæc enim tantæ maturitatis sunt apud **Lipsienses**, ut statim post creationem percipi queant. Potest autem Privilegiorum doctoralium series in duas commodè distribui classes: altera est eorum, quæ omnium Facultatum Doctoribus (à quibus Philosophorum Magistros haut quaque exclusos volo) *Communia*; altera respicit concessa Juris consultis *Peculiariter*. Ad *Priorem* classem spectant varia, comprimis tamen (1.) Locus & huic annexum tum Consiliorum tum etiam Suffragiorum & Statuendi jus in consilio Nationali. Ad hoc autem Συνέδεσμον, ut pote præcipuum & summum, referendæ sunt causæ quæ totius Academiæ statum, Nationum salutem & alia inde dependentia afficiunt aut efficiunt. Deinde (2) eò spectare credamus *Honorum & Officiorum participationem*. Ex hoc, veluti vivaci fonte, fluit Rectorum & activa & passiva electio, seu (utminus barbarè loqvar) facultas non modò Eligendi Rectorem, sed etiam dignitatem Rectoralem Capessendi. Quid? quod etiam ex dictorum Doctorum numerò singulis semestribus quatuor *Assessores* fieri possint: hi autem ex suis Nationibus post Commendationem Rectoralem selecti, Rectoris lateri junguntur, ut suis consiliis votisq; lites de-

ter-



terminare allaborent. Hæc sanè prærogativa alibi tam
delicata est, ut non aliis tribuatur Doctoribus, Licentia-
tis & Magistris, qvàm qvi in orchestram Professorum
emerserunt. Extat (3) rescriptum de anno 1543. gratio-
sissimum, in qvo Serenissimus Saxonie Dux Mauri-
tius consuetum suum in *Academiam Lipsiensem*
favorem, etiam Membris ejus patefecit. Benignissimè
qvippè cavit, ut in deferendis Functionibus tam politicis
qvàm ecclesiasticis ratio præprimis haberetur **Lipsi-ensium**: qvibus inde plerumq; potiores & pingvio-
res vivendi conditiones obtigissent, nisi qvorundam
Exteriorum indoles Qvandoq; Mauritiano rescripto ob-
stitisset. Nec (4) silentio involvi debet *Prælatio in proceſſionibus & ſeſſionibus*: qvæ autem, & qvatenus Reliqua-
rum Facultatum Doctoribus competat, intactum re-
linquo. Hoc tamen certum est, *Juris Doctoribus nostris*
tibus, utpote personis Publicis, præ Cæteris [qvamdiu hi
sunt Privatæ sortis & publici officii 'expertes'] πρεσβεῖαν
meritissimo jure deberi. Duriuscule hæc non-nemo
dicta putabit; sed credit in eodem jure ipsum **Sere-
nissimum Electorem Saxonie**, Dominum
nostrum clementissimum Doctores nostrates confir-
masserit. Cum enim qvidam, Status nostri minus gna-
ri aut memores, controversiam excitare ausi fuissent,
Serenissimus academiæ Lipsiensis Tutanus
susceptam causæ cognitionem per decisionem tam ex-



pressam qvām & qvissimam A. C. 1667. finivit. Sed tempus monet, ut etiam delibemus Posteriorem classem privilegiorum, id est, qvæ **Lipsiensis** academia suis Doctoribus juris voluit esse *Propria*. Unum ergo est, qvod eorum Filii patrissantes & ad insignia Doctoralia adspirantes, certâ *Sumptuum* perfruantur immunitate. Aliud & præcipuum privilegium efficit, ut, finitâ festivitate Doctorali, novi Doctores juris actutum *Facultatis juridicæ concilio* si non inserantur tamen Adserantur. Recipiuntur qvippe [uti Metaphysicus fortè diceret] qvoad *actum Primum* & *jus certum* inde competens, non verò qvoad *actum Secundum* & *quæsti juris Exercitium*: norunt se qvidem esse *De collegio*, sed tamen nulla *In collegio membra Regentia*. Nam hoc munus non spectat ad plures qvam *Undecim*: qvorum caput & præses vocatur *Ordinarius*, eò qvod causas collegium Juridicum concernentes Ordinet & moderetur. Si officium ejusdem spectes, est *Decanus Perpetuus*, qvamvis alias Decanorum munia sint Ambulatoria. Eligi & constitui solet immediatè ab ipso **Electore Saxoniæ Serenissimo**: ita ut tunc prævia Facultatis Juridicæ denominatio non admittatur; qvam tamen maximè necessariam esse scimus in cooptatione Professoris. Isti autem Doctores unò alteròve ex Regentibus [uti modo vocabam] defuncto, *Spem successionis Reipsa* sentire incipiunt, cum secundùm ordinem, qvem promotionis series signa.

signaverat, in illorum locum cooptantur. Quis itaqve
nunc dicere ausit, talem facultatem Doctori Juris in ali-
is qvoqve academiis ex solâ promotione provenire? 3
Quin, si quis *Alibi* insignia Doctoralia assumpsit, non
aliter ad privilegia *nostri* *Doctoribus* concessa eni-
tetur, qvam si iisdem se per legitimos tramites æqvalent
habilemqve reddiderit. Cæterum beneficium istud,
qvo nostri Doctores juris gaudent, non est beneficium
Merum, sed datur *propter Officium*: reqvirens utiqve
profundam legum Scientiam, Prudentiam experientiâ
firmatam, Solertiam in perlegendis & ponderandis A-
ctis ad collegium transmissis, Dexteritatem deniqve in
Sententiis probè congruèq; concipiendis. Proinde ii, qui
Assessorum titulo dignè condecorari cupint, tam in
Theoriâ qvam in Praxi nervosè exercitati esse debent:
certò persuasi, ruinosam esse Justitiæ basin sine legum
Scientiâ & Intelligentiâ, futilem esse Jurisprudentiæ stru-
cturam sine legum accommodatione. Quando autem
quis legū tum *Explicationes* tū *Applicationes* pari jure
dilexit, earumq; familiaritatem expetiit, tunc indubitate
sibi Decus, toti autem collegio Auctoritatem Famamq;
conciliat. Quod certè unumqvemq; movere & permo-
vere debet, ut omnibus modis sese Dignum reddat sub-
felliis Assessorum & fructibus Facultatis nostræ. Quan-
qvam enim Promotio doctoralis h̄c obtenta *Sementem*
qvasi facit ad Assessoram aliquando obtainendam, ta-
men, ut *Messis ipsa* realiter dignâq; manu percipiatur,
non sufficit cassum lassumq; nomen Doctoris, sed labo-
ribus

ribus eruditis uti paratum, ita propagatum; id qvod
Assessorum tum Officium tum Finis, ob qvem Collegio
inseruntur, sufficientur edocet.

Nolo tamen hisce diutius inhærere, ut sic certius citi-
usq; revertar ad dictos **QVINQVE** viros LICENTIA-
TOS, videlicet

Casparum Theophilum
ROMANUM

Engelbertum deBURG
Johannem Henricum

MELICH
Gothofredum SCHILTERUM,
Landshuttâ-Silesium
Fridericum Tobiam MOEBIUM,
Lipsiensem.

Cum enim eosdem gradu DOCTORALI antehâc *Dignissimos* judicaverimus, jam, submissis moniti preci-
bus, gradum DOCTORALEM Conferemus. Innixi
itaq;ve auctoritate, qvâ Reverendissimus
Serenissimus ac Celsissimus Prin-
ceps



3
ceps ac DOMINUS, Dominus CHRI-
STIANUS, Dux Saxoniae, Ju-
liæ, Cliviæ ac Montium, postu-
latus Administrator Episcopatus
Martisburgensis, Landgravius Thu-
ringiæ, Marchio Misniæ & utriusq;
Lusatiæ, Comes in Marcâ & Ravens-
berg, Dynasta in Ravenstein, CAN-
CELLARIUS hujus Academiæ &
Dominus noster Clementissimus,
per gratiosissimam delegationem me dignatus est, *di-*
ctum XXI. Octobris actui Promotionis σὺν θεῷ destina-
vimus. Quemadmodum igitur Conradus Celtes die 21.
Octobris A. C. 1501. potestate Poëtas laureatos creandi
donatus fuit: ita eodem *die 21. Octobris* in æde Paulinâ,
me præente, à Dn. Promotore indigitati LICENTIA-
TI laureâ DOCTORALI donabuntur. Ne autem actui
solenni ac panegyrico qvicqvam vel Splendoris vel ~~A~~
stimmii vel faustarum Acclamationum decedat, RECTO-
REM ACADEMIÆ *Magnificum, Reliquarum Facul-*
tatum DECANOS, utriusq; reipublicæ PATRES CON-
SCRI-



SCRIPTOS & CÆTEROS vel suis Meritis vel suo in
nos Favore notabiles, officiosè rogatos & peramanter
invitatos volumus, ut unà cum aliis Hōspitibus lectissi-
mis æstimatissimam suam Præsentiam nobis communi-
cent, eoq; ipso ad gratæ mentis redhostimentum nos
obligent. Deniq; STUDIOSAM JUVENTUTEM be-
nevolè monemus, ut horas post Septimam matutinas
Dissertationibus exaudiendis consecret, Ceremonias
actum doctoralem decorantes cognoscat, & post-
hac iisdem aut similibus Præmiis sese
dignissimam reddat.

PP. Lipsiæ die 19. Octobr. qvi simul erat Domi-
nica XXI. post TRINITATIS.

Ann. 1673.

Literis HAHNIANIS.



De Privilegiis

Pr
SCH
D
JURIS
CRETA
ET FAC
S

11.30
1673
30
4,29
ius
S
EN.
S, DE-
SOR,
OR.

